

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XLVIII. TIT. III. De Cvstodia Reorvm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9050**

singulae circumstantiae, ideoque introductae sunt, elidant & avertant probationem: cum ergo in causis civilibus id admittatur, nendum in criminalibus, ubi defensio favorabilior est, admitti debet, *Carpz. d. l. n. 20.* Et cum (2) inquisito licet eosdem testes postea denuo pro formanda sua defensione producere, *Carpz. d. l. n. 23.* facilitior via & minori sumtu per modum interrogatorium id fieri poterit. Neque (3) eo processus protractatur, utpote cum interrogatoria in termino, quo testes producuntur, parata esse debeant, ut proinde liti morain non faciant. Eamque sententiam probant (4) *Mev. P. 2. dec. 321. n. 9. Brunn. Proc. Crim. c. 8. m. 2. n. 53. Oldk. dec. 1. qu. 5.* Atque (5) inquisitus per Rescriptum obtinuit, ut interrogatoria admitterentur in causa *Fisci,* contra *R.*

LIB. XLVIII. TIT. III.

## DE CVSTODIA REORVM.

Qv. I. *An privatus, aliquem carceri tradens, committat crimen laesae Majestatis?*

**AFFIRM.** L. 1. C. de Carc. priv. ibi: tanquam ipsius majestatis violatores ultimo subjugandos esse suppicio. *Laut. pag. 684. verb.*

**OBJ.** L. 2. C. eod. ubi pena talionis obtinet contra eum, qui aliquem privato carceri includit. *non etiam privati &c.*

**RESP.** Suspecta est illa Constitutio: Contius enim epitomen saltem Constitutionum edidit, non integras Constitutiones, sed & mutata est illa Constitutio per posteriorem, qua in L. 1. C. eod. exstat.

**Ex c.** (1) Si quis jus habet corrigendi & emendandi mores, ut pater, maritus &c. *Vid. Dn. Par. Disp. de Jud. mor.* (2) In casu necessitatis, ut in pignoratione, & si metus est, ne aufugiat reus &c. tunc enim tamdiu privatum custodiri potest, donec Judici commode exhiberi possit.

Qv. II. *An carcer sit pæna?*

**NEGATUR;** quia tantum custodiæ causa carcer adhibetur, L. 8. *Laut. pag. 685. verb.* 6. 9. de Pœn.

**OBJ.** (1) L. 2. C. de Exact. trib. ibi: *carcer pœnalium est;* ubi secundum quædam exemplaria legitur, *pœnalis est.* *est tamen &c.*

**RESP.** Sensus est, quod carcer pro iis sit introductus, qui pœnare. *Qq qq nam* Cocc. J. C. P. II.



nam merentur, idque explicatur verbis sequentibus: *cancer hominum noxiiorum*.

O B J. (2) *L. 3. ff. h. ibi: hanc ipsam carceris pœnam. L. i. C. de Cusf. reor. ibi: ne pœna carceris perimitur. & L. 2. eod. ibi: pœnam carceris sustineat.*

R E S P. Est omnino quædam pœna, quia aliquid mali patitur propter malum actionis. Unde etiam hodie pœna mitigari solet, si diu squalorem carceris sustinuit reus; sed improprie admodum; quia ideo carceri traditur, ut pœna executio in eum fieri possit.

Aliquando tamen cancer ut pœna solet dictari. *Ord. Crim. art. 157. Et 216.* Atque huc pertinent *l. 28. §. 14. ff. de Pœn.* ubi gradus pœnatum in custodiis servandi dicuntur, *l. 38. de Injur.* ubi pœna est, si quis in vincula publica mittitur.

## LIB. XLVIII. TIT. IV.

## AD L. JUL. MAJESTATIS.

Qv. I. *An etiam advenæ committant crimen læsæ Majestatis?*

*Laut. pag. 686. verb. non etiam advena- rum.* A FFIRMATUR; quia ab omnibus subditis committitur, advenæ au- tem sunt subditi, quando in alieno sunt territorio. *Vid. late Dn. Pdr. in Disp. de tund. in territorio jurisdic.* Idque (2) apparebat ex *L. 3. ff. de Off. Praef. & L. 11. ff. de Cusf. reor.* ubi Præses provinciæ etiam in extraneos delinquentes jurisdictionem habet, ut proinde non distinguatur, unde sint delinquentes. *Conf. L. 7. §. pen. de Accus. Nov. 8. c. 12.* Atque hinc (3) Imperator in *L. 5. C. h. ait: quisquis &c. quæ vox nemini excludit.* Ita (4) sentit *Alberic. Gent. D. 5. ad Leg. Jul. Maj.*

O B J. (1) Crimen hoc non nisi a subditis committi.

R E S P. Advenæ sunt subditi.

O B J. (2) *Clem. 2. de Sent. & re Jud. ibi: Imperatori eo modo non subfuit, quod in eum crimen læsæ majestatis commiserit.*

R E S P. Impia illa est constitutio, & rebellis, a Pontifice, Jurium Imperialium hostie acerrimo, promulgata.

I N S T. (3) Contra duas posteriores rationes, quod quidem in eos animadvertisatur, non vero tanquam in reos læsæ Majestatis.

R E S P. Animadvertisi quoque in eos non alia ratione potest, quam quia subditi sunt, ex eadem ergo ratione rei quoque læsa Majestatis fieri possunt.

Qv.

